ſexto capitulo primo paragrapho vini vſus

Horridum atq; quoq; Hic ſulpicius gallus fuit valde ſeuerus: ideo autor ſuum maritale ſuperciliū id ē dominium vocat horridū. Nam vxorem dimiſit eo q̄ eam capite opto .i. diſcooperto & ornato foris apud vel iuxta hoſtium verſatā cognouerat cui9 ſentencia multum videt̄ abſciſa & ſine ordine: ſed tamen aliqua racione munita. Nam aliqua racōe motus fuit quam ſubdit cū inquit Sulpicius vxori lex matrimonii tātū oculos meos tibi prefinit quib9 formā tuam approbes: his ergo oculis compa inſtrumenta decoris. His eſto ſpecioſa horum noticie terciori te crede: vlterior ab alijs oculis conſpectus irritacōe ſuperuacua arceſſitus ī crimine & ſuſpicione q̄ ſubhereat neceſſe eſt. Ex iſto paragrapho notat̄ q̄ maritis abſentibus vxores ornari nō debēt quia non ſolū lege diuina ſed naturali ornatus tantū propter maritum cōcedit̄ & omnis alia oſtenſio vel plateaꝝ incurſio ornamentorumq; variacio vertit in crimen ꝓprium vel alienum vide de ornamētis mulieꝝ libro ſecūdo capitulo p̄mo paragrapho. Ceterū vt non

Nec aliter ſenſit Quintus antiſtius vet9 vł verus: vt habet alia littera vxorem ſuam repudiauit q̄a illam in publico .i. in loco manifeſto cum quadā libertina filia liberti vulgari id eſt meretricula ſecreto loquentē vidit. Cuius factum autor commēdat dicens Nam vt ita dicam in cunabulis id eſt iniciis & nutrimētis culpe non ipſa culpa cōmotus vlcionē citeriorē delicto prebuit: ad hoc vt potius cauerit iniuriam q̄ vindicaret. Notandum q̄ nutrimentū culpe ſpecialiter ī femina & inicium eſt colloquiū ſecretum cum ꝑſona nō debita & maxime cum ſuſpecta. Iſte ergo vir commotus fuit contra vxorem nō culpa fornicacōnis quam non dum incurrerat: ſed culpe inicio & nutrimento quo ſumpſit culpam non eſſe ſed venire faciliter poſſe.